

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Manuscripta Rhenaugiensa - Cod. St. Blasien 33 bis 37

[Pars II] - St. Blasien 34

Hohenbaum van der Meer, Moritz

[Südschwarzwald, St. Blasien], [1769/1770]

Mauritius Hohenbaum van der Meer, Animadversiones In Origines S. Blasii

[urn:nbn:de:bsz:31-46477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-46477)

Summa aduersiones

An Origines

S. Blasij.

Præmittitur

Synoptica Historia

R. P. Stanislai Willberz.

In una p[er]
 aut ab i[st]u[is]
 -p[er]uen[ti]o[n]e[m] deduc[er]e
 aliquel[ibet] sac[er]
 -com[m]un[um]
secula v[est]ra
 convenienter
 sibi deleger[et]
 Crescente
 in loco ubi nu[m]
 cogitantes vero
 s. d[omi]n[u]m ex
Regulam imp[er]
 obrenicon. vi
 a p[ro]p[ri]et[ar]ia
 comm[un]it[er] an
 mendicant[er] an
 m[er]ito c[on]tra a
 vitio s. d[omi]n[u]m
 venit. Illa e[st]
 Roma s[an]cti
 in aseli p[er]im[et]
 cinum saltu
 dini, et cap[itu]
 ip[s]o transp[er]
 nologia, et
 p[ro]p[ri]et[ar]ia
 reclusum p[er]
 optime id
 -m[er]ito anno 95

Synoptica Historia

originis

Monasterij S. Blasij.

Auctore A. P. Stanislas Wülber S.

Ciusdem Monasterij Monacho.

Scripta idib. Martij anno 1755.

Prolegomenon I.

Inano proorsus comentum reputamus, à Diocletiani persecutione, aut ab irruptione Attilæ primorum Sylva nigra anachoritarum originem deducere velle, uti et impossibile eorum successione per aliquot secula fingere. Ad persecutionem fugientes, sed peccatis eorum mundum evadere cupientes pro predicationem S. Columbani Sæculo VIII factam hic se abdidit, ac casu ad albam torrentem convenientes vitam in comune agere statuerunt, locumque hunc sibi delegerunt, nulli adhuc Regula addicti. A.

Crescente postea fratrum numero domum ligneam ac oratorium in loco, ubi nunc sacellum S. Nicolai videtur, construxerunt. Cogitantes vero de assumenda aliqua Regula, non pica augurios, sed S. Primitii ex angria pabli hortatu, sæculo demum VIII, S. Benedicti Regulam impetrarunt ab Crinfrido Episcopo Constantiensi, qui et chronicon eiusdem cellæ scripsit. In initio Fratres ad albam dicti à præterfluente fluvio, Patris spiritualis titulum in Pridis nomen commutarunt, nec ante restorationem sæculi X. S. Blasij nomen elatum, assumpsisse puto ratum ad distinctionem, memoriamque veteris cellæ albam cellam S. Blasij nominasse, unde merito apparitis S. Blasij Fratribus, facta humili corde et pietate disquirenda venit. Illud ex vita S. Fintani, notum evadit, S. Blasij Reliquias Roma Rhenaugiam allatas fuisse, ante quam predictus Sanctus in arctissimam se inclusisset cellam, eoque dudum recluso in vicinum Saltum, per quem cum Rhenaugiensibus Patres Dolandini, et Casparus I. Abbas, Coenobium nostrum intellexerunt, esse transportatas, atque anno? contra interpolatum in chronologia, et recentiorum vita scriptorem nuper sensimus ac probavimus, S. Fintanum Rhenaugiam advenisse anno 851. reclusum post annum 856. mortuum 878. B.

Optime ista coherant cum traditione cellæ alba ad Rhenaugiam pro stabiliendo inibi servitio S. Mariae à viro Nobili Sigismaro anno 853. peracta: nec enim in mentem mihi inducere possum

possum) ante traditionem cella alba illuc, tanquam in locum peregrinum nec subiectum, pretiosissimas S. Blasij reliquias collocasse.

F. Errant nihilominus Rhenaugiones, dum ex laudata traditione concludere volunt, disciplinam Rhenaugiones Cella alba invenisse, verso potius argumento, quod variis rationibus Stabilivi, Cella alba ritus suos, quos à S. Trudperti inqai linis necdum sub Abbate constitutis mutasse vult Bucelinus, Rhenaugiam introduxit. Primus tunc abbas Rhenaugiae praeerat Gozbestus, quem Adalovicus Franciae Rex orientalis Rex in Moguntiacensi concilio anno 852. us profecerat: cumq; dicat, Monachum quemdam ipsi quoq; Rhenaugiones cum aliunde evocatum tenent: imò sustineri posset eum ex alba cella in eunte saeculo IX. apprimè florente, siq; antiquiore, assumptum, licet S. Gallenses ex solis coniecturis eum libenter suum vellent, auctorem fuisse, ut S. Blasij reliquias in vicinum Saltum pervenirent, ac ipsam et cella alba ad stabilendum ibi servitium S. Mariae exerenti primum Rhenaugiae uniretur. Ex quibus consequitur ab anno 858. usq; 912. cellam albam cum Rhenaugia, cui anno 859. Adalovicus Rex, et in Alpegove cellam quae dicitur alba confirmaverat, eodem coluisse Abbates. Gozbertum nimirum, ut dixi, primum Abbatem constitutum anno 852.

G. Antwartum anno 867. Wolvenum ex Restauratore Abbatem circa 871. confraternitatem inierat. Gozbertum II. ab anno 888. Ruopertum anno 912. quo decedente in potestatem Episcoporum constantiensium pervenit.

H. Nomina porro monachorum Cella alba qui Rhenaugiam conceperant, discimus ex Necrologio S. Gallensi. ibi duo tantum Presbyteri comparent, Theoto, et Reginbertus, reliquis in fine appositum Converdi, quos sequuntur Sorores undecim: quinam autem iuxta Capitulare aquisgranense in cella alba remanserint, altum in monumentis nostris silentium. id certum saeculo X. in eunte cellam albam pervisse, cum ex Diplomate Ottonis constet, Reginbertum Heremytam sanctum ibi primum habitare coepisse. Ruinam hanc per Hunnos, ex Bucelino alpigoviam imprimis, et anno 900. S. Trudperti coenobium nobis vicinum, devastantes evenisse, si suspicamus, haud aberravimus.

Prolegomenon II.

Wichramum, qui cum S. Gallensibus anno 888.

Monachi fuerunt quatuordecim in Sorores

Cellam albam
S. Blasij reliquias
constantiam
Reginbertus
diversum, cellam
Reginbertus
S. Blasij reliquias
ant ex Exemo
Cito adventu
Regia, quos
aliorum. Et
S. Blasij reliquias
quod factum, esse
Episcopi Constant
quo est tempo
Sionem suam
suam conseq
divisa Rhena
S. Blasij reliquias
Primus it
Episcopi Constant
935. obit anno
S. Blasij reliquias
S. Blasij reliquias
974. in vadit.
Ex in fine ill
anno 974. de
S. Blasij reliquias
974.
Hec ipse av
nantur, nobis

Prolegomenon II.

Cellam albam ob Hunnorum incursionem aut derelictam, aut
sicut alia loca Sancta Sac. X. ineunte devastam supra innuimus.
restant nunc eius iterata initia. Reginbertum enim I. Hese-
mytam virum Sanctum et beatum, qui primus ibi habitare cepit
à Reginberto II. de Seldenburen dotatore, seculi XI. homine
diversum, cellam noviter constructam Deo et S. Blasio dicasse,
Regiam Ottonis Diploma loquitur. Nam autem unus ex Monac-
his fuga clapsis ac revertentibus, vel ex ipsa Rhenaugia,
aut ex Eremitio Sciparæ Einsidensis fuerit, edicere nequimus.
Eius adventus statuendus circa annum 948. obijisse in aula
Regia, quorum pro obtinendis privilegiis abierat, anno 962.
aliorum Eleemosynis aditus novas Structuras posuit.

L.

M.

Varias oblationes abbatem statim sub eo capisse credimus.
quo factum credimus, ut à iugo Rhenaugiensi, ut et potestate
Ep'i Constantiensis liberi evaderemus, antequam Rhenaugia,
quæ et tempore nullum Abbatem ostendere potest, post ever-
sionem suam Episcopatu Constantiensi tradita libertatem
suam consequeretur. Nam anno primum 973. à S. Conrado
dimissa Rhenaugia anno demum 995. libertatem plenarie
sibi stabilire gavisæ est.

N.

Primus itaque S. Blasij Abbas electus Berngerus à S. Conrado
Ep'o Constantiensi benedictus et confirmatus intra annum 967 et
955. obiit anno 974.

O.

Post Berngeri obitum abbatiam udo Monachus, eorum inso-
lentiam, antequam benediceretur à Fratribus denuò depositus, anno
974. invasit.

Exin sine ullo interregno Successerunt Cingalherus seu Wernherus
anno 974. defunctus anno 994.

Sigefridus probabiliter extra provinciam mortuus, electus anno
994.

Hæc ipse ore tria ottenum privilegia, quæ recensentur et exami-
nantur, nobis obvenierunt, Ottonis I. II. et III.

Prolegomenon III.

Prolegomenon III.

Reginbertus II. de Seldenburen Laicus opibus suis et latifundis nobis oblati dotator praecipuus nominandus venit. Non fuit unimanus.

At Saeculo primū XI. advenit. Cuius petitione motus Conradus Salicus Rom. Rex anno 1025. Ep̄m̄ Basileensem S. Blasij advocatum constituit cuius charta authenticam iuxta exemplar S. R. I. Procerum Saeculo XII. viventium merito rejicimus. Abi cum non sanctum et beatum, uti Ottonis Diploma, sed bona memoria laicum nominat, non primum ibidem habitasse, sed locum solitarium Deo serviendum elegisse narrat. Tatis cepit Reginbertus iste post dedicationem veteris Ecclesiae anno 1026. peractam IV. cal. Jan. demortui corpus curarunt in veteri Ecclesia, ab Ulthone abbate in novam Ecclesiam translatum. Moderni lapidis sepulchralis atas examinatur. An vero hunc Reginbertum I. Beati titulo honorent veteres Pontificum Bullae, in dubio relinquimus, uti an illa apparitis venerabili Marquardo facta, Seniori potius an huic adscribenda. Modus antiquus eius anniversarium peragendi.

Prolegomenon IV.

Beringorum de Hochenswande scriptores nostri primum abbatem dixerunt, in anno obitus dispersi, dum alii Saeculum X. alii et rectius XI. posuerunt. Nos autem interregnum nullum admittentes, praemis Beringero, urone deposito, Engahero seu wernhero, et Sigefrido, quintum abbatem veneramus Saec. XI. ex Priore in Abbatem electum, sub eo dedicatum est vetus Monium anno 1030. variis solia Monachorum habitacula construxit, in qua literatos Monachos introduxit, illiteratos vero, quos fratres exteriores nominavit, in priori claustro reliquit. an miracula ei solum, an ob temporis rationem aliqua Beringero adjudicanda veniant, judicent alij. vita innocentis ratio, ab anno 1048. IV. kal. Aprilis sepultus in veteri sua Ecclesia antecellare S. Martini, atas hodierni lapidis sepulchralis inquiritur.

Non indocta cogitationes meae; quibus si addant doctiores me sua perdocta iudicia, subito, credo, tenebrae dispalescent, sub iudice qui pro videt, nam Solus Beringerus de Hochenschwande, an plures, juxta meum systema, Beringerus videlicet, Iso depositus, Engaherus seu wernerus, sigefridus, ac demum Saeculo XI. Grefingerus, melius Beringerus, in abbatiati dignitate cum praecesserint. Haec omnia severiori iudicij sui Erutina ut prius examinent alij, animum rogo, otobtestos. Non in anem primi inventoris gloriam, sed amicam ubiq; veritatem sacri Monij nostri incunabula certiora praeculis habui. Ita eruditissimus G. P. Stanislaus wulkerz.

An in adversiones

Cum auctoritate
et humanitate
Sincerae
qui necesse
dixi, sigis aliq
tū quod uer
tū cetera cono
ritum rasti
perstringere
criteris tomis
monumenta Mo
ro dus historian
merita ergo qu
tris, si digner
servato, literis
Sint anim adve
Post pradi
rite, addider
Synopsi adpta
quingo et tring
caso in susiori
mibus idem hist
daxorio per dug
mentis nostris u
Sima cum flamen
no vidisse quide
Martialis Hysto
na helvetia lae
quo inter amice
S. Mariane Sista
tūm iduo libere
tarum cogitatio
S. S. tenebris
quando praec
tant. melius
Monasterij auct
cuiusdam Mon

Animadversiones.
In Synopticam Historiam originis
Monasterij S. Blasij.

Cum nuper Epitomen Historiae Sancti Blasiani Viri Summa eruditione
et humanitate praeditus P. R. S. Hugo Schmiedfeld, cum praesentis celeberrimi
Principis Martini II. cuius litteraria praesertim merita nemo est,
qui nesciat, transmississet, Synopsin saltem originis describendam
auxi, eiqs aliquas animadversiones currenti calamo atterere, pro-
-rea quod non pauca ad historiam Henrij nostri Rhenauglandis per-
-tinentia complectatur. Caterum quis ego sum, ut audeam vel leviter
virum vastissima eruditione praeditum S. F. Stanislaum Wulker &
perstringere, qui multis annis subsidia locupletissima vixinti
circiter tomis contenta comparavit? ego inquam, qui triennio elapso
monumenta Monasterij nostri perscrutari coepi, et omni eruditione
nudus historiam aggregavi sum, iam mediocriter sua absolutam?
monita ergo quaedam duntaxat subministrabo, tam illis quam nos-
-tris, si dignentur legere, fortasse profutura. ordine huius Synopsos
servato, litteris ad marginem notatis indicabo, quae mea referenda
sint animadversiones.

Post praedicationem S. Columbani saeculo VII. factam hie se, anacho-
-ritae, abdidit. Miror, clarissimum S. Stanislaum in praesenti
Synopsi adaptare sistem deatriba ab eruditissimo S. Hugone ante
-quingis et tringinta circiter annos elaborata, cum ipsem et S. Stan-
-laus in susiori ac satis proluxa deductione prolegomenorum praer-
-missa idem sistema referatit N. VII. Ego solum addo S. Columbanum
Luxovio per Burgundiam in Turingoviam adventasse, qua ex menur
-mentis nostris unacum Turingovia ad Sueviam computabatur, ad
Lima cum flumen, et lacum Tigurinum praedicasse, Rhenum forte
-ne vidisse quidem, multo minus superasse. T. ceterum Nigra et
Martialis Sylva non horecinia tantum, sed et illa dicebatur, quae in moder-
-na helvetia lacu Tigurino posterior est. ut mentem meam ea libertate,
-qua inter amicos docet, breviter expeditam, vix credo, solidum originis
S. Blasiani sistema praediturum, quod apud viros cordatos et praecupa-
-tionibus liberos fidem meretur, nisi praecidis veterum Haeremi-
-tarum cogitationibus, quae haecenus historiam illam insuperabi-
-libus tenebris obvolverunt. Non indiget S. Blasius dubiis laudibus,
-quando praecunia eius statim subsequis saeculis amplissima prodie-
-runt. molius fortasse in Fundatorem inquireretur, qui cella adeo
Monasterij aucthor fuerit, haec enim est, quod volumus, dum de origine
cuiusdam Henrij disputamus. proletaria nimirum videtur illa
anachoritaru

+ unde Otto Frisingensis l. 1.
de gestis Frid. Imp. c. 8. Tu-
-regum vocat nobilissimum
Suevia oppidum: et Alemaniam
a Romanis fluvio Sueviam.
apud urstis. pag. 412.

433
232

Anachoretarum ante condita Monasteria in quendam locum convola-
-tio: et pluribus aliis Monasteriis communis, hoc enim de disertina,
hoc de Fischinga, licet ruinosum cum fundamentis aperitur: quin et non
desuere, qui somnarent, etiam in insula Rhani nostri ante conditum
coeterium, se abdidiisse eremicolam, idem de Mōrio Schiaffluxiano
narratur, videremus tamen, quae pro S. Blasio speccia alia pugnent
argumenta.

Præcipuum ac unicum ferme argumentum pro antiquis illis anacho-
-ritis ut arbitros, desumitur, ex libro I. constructionis Monasterij S.
Blasij, in quo vita illorum sancta inter horrida et pigra nemora
misericordè deprecidatur. Sed in primis anonymus isto toti illi libro
nuquam ullam apposuit chronologia notam, nihil de S. Columba, nihil
de seculo VII. VIII. aut nono meminit, unde libera nobis facultas
relicta, ad quodcumque tempus illa anachoretarum gesta referendi.
Meminit eodem adhuc libro Regimberti, qui seculo X. vixit, et in
Diplomate ottoniano sanctus heremita laudatur, quae propter sus-
-picor, totam illam historiam ad illa tempora reduendam esse.
Argumento esse potest, quod narratio anonymi ad tempora Sigemari
non pertingat. Sanè ligneam habitatiunculam, quam fecerant anacho-
-rita, anonymus testatur lib. II. anno primum 1085, fuisse destructam,
nec imaginari queo, tempore facta à Sigemaro donationis, nihil nisi
ligneam apud in cella alba stetit, quod si quis apponat, non posse
illam quae anonymus de heremitis refert, praecidè intra tempus Regim-
-berti concludi, expedita est responsio, neque illa posse praecise de
Superioribus saeculis explicari. Sed quid moror anonymum, qui ad
finem saeculi XIV. scripsit, atque ad id idoneus testis esse non pos-
-test illorum, quae ante septingentos annos contigisse referunt,
accedit, quod tot ac tantis fabris ac contradictionibus seateat, ut
nec apud domesticos fidem emereri potuerit, ad summum igitur
iudicio esse potest cuiusdam antiquae traditionis, quam ipse sine
ullo inter verum et falsum iudicio, sine ordine, sine temporis
nota descripsit, imò adduxit, ut lectores antiquitatis opinione
deciperet, certe confusus redderet et perplexos. Excusat non nihil
C. Stanislaus quod hoc anonymum, quod forte contra mentem ipsius
posteris eum de Superioribus saeculis loquentem explicaverint, cum
tamen ipse non multis saeculis, sed multis annis duntaxat anacho-
-retas cum extrema indigentia luctatos fuisse aperat. Sed hoc ipsi
ad tempora restorationis saeculo X. facta referri posse videtur,
magnum erat enim, vel aliquot annis sine tecto, sine foco, sine cibo
humano, inter steriles illas rupes et arbores posse versari.

Non Fico

Non si
saeculo domi
ne et sibi a
excogitatu
ad credent
Tadula anit
de regale a
allego coler
ut ait, ignat
declarantio
intelligend
ceterum in
tam ceteris
proinde ex
illam hanc
tantum ver
negatur, no
A. B. C. d.
cella scrips
cui innotuit
ruinorum eg
dit hoc obse
gentis habi
sollicito per
S. I. nec mi
id videtur
nicon. C. In
nico constan
709. Gallia
rum nullas
at dicam, quod
linus sine uel
mento. Gall
tot contine
torum, qui
descripsit
manno duod
vel tribus
nentur, quon
nicon. In
doctore, post
bonario, qu
feruntur, si

Non Fica augurio: Sed S. Firminij ex augia pulsi hortatu

B.

Saeculo demum VIII. Regulam S. Benedicti impetrarunt, vercos,
ne et ipse à clarissimo S. Hugone, sine teste, ingeniose tamen
excogitatus S. Firminij, per cellam albam transitus apud viros
ad credendum non proclives, ut hodie ferè sunt, ingressum obtinuit.
Tabula anilis est, quam anonymus narrat, cogitanti bus Esenitio
de Regula alieuius S. receptione iudicio Fica advolantis nigro
allego colore micantis, Regulam S. S. Benedicti in his partibus,
ut ait, ignotam, fuisse indicatam. Placet factum ingenium anigma
declarantis, quod per priores litteras S. non Fica, sed Firminias
intelligendus sit, quod nesciens ille anonymus Ficam scripsit.
ceterum iam advenit S. Stanislaus, nomina in initialibus stan-
-tum litteris scribendi usum ante saeculum XII. non inchoasse;
proinde ex nullo antiquo scripto legerit, sed voce viva Ficam
illam hausit aut experit anonymus. Ego aurem mihi his
tantum verbis vellitari puto: quod gratis asperitur, gratis
negatur; nolo enim esse prolixior.

Ab Ernfrido Epò constantiensi, qui et chronicon eiusdem

C.

cella scripsit. Praecipuum hoc est antiquitatis monumentum,
cui innititur clarissimus S. Stanislaus, nescit tamen annon penitus
ruinorum; ego certe huic fidere haud malim. quid enim unquam vi-
-dit hoc chronicon? certe licet ipse mot, dum monumenta Augusta
gentis habebat, in abditis serinis investigaret, ubi glaci
sollicitè perquisisset, illud tamen se non invenisse dolet prolog. 1.
S. 1. nec mirum, cum nec anonymus S. Blasianus ante quatuor saecula
id viderit, aut ullam de eo notitiam habuerit: sed enim hoc chro-
-nicon Ernfrido Epò adiudicant Manlius apud Historium in chro-
-nicon constantiensi, Buccelinus in chronologia constanti, ad annum
729. Gallia sacra to. v. a liq. auctores, nimirum his similes, quo-
-rum nullus post nongentes annos illud chronicon S. Blasij vidit.
ut dicam, quod res est, id omnes ex Historio descripserunt. Bucc-
-elinus sine ulteriori erudi, non tamen, pro more suo, sine addita-
-mento. Gallia christiana circa res nostras, certe Rhenaugienses,
tot contrict errores, quod veritates, fides ergo tota sit, peneo His-
-torium, qui id non ex Ma. Manlii, sed ex alio quodam fragmento
descripsisse videtur. tota ista chronologia, si excerpta ex Guil-
-manno, duodiplomata, et vitas S. Conradi et Gebhardi auferas, duobus
vel tribus paginis constat. nota potius volatiles Manlij ibi conti-
-nentur, quam opus climatum. En titulum à Historio prefixum: "Chro-
-nicon Episcopatus Constanti, inchoatum à Jacobo Manlio Brigantio
Doctore, postea relictum veteri simplicitati, sed auctum ab alio
bono viro: quid iam discerneret, an ea, quae de chronico S. Blasij re-
-feruntur, sint ab illo alio bono viro adiecta, an verò à Manlio
veteri simplicitati

Veteri simplicitati recietat verba! quid ignorat, in eius modi adversariis plura sepe adscribi, postmodum rejicienda, audiamus in huiusmodi verba seu Manlii seu aetherias: Chronidus alias a hastodius, id. hic ut in Martyrologio S. Galli liquet, abbas fuit Monasterij augiensis, et scripsit chronicam Murij S. Blasij, profuit Ecclesie constantiensi anno 723, rex itaq; abbatiam et Diocesim constantiensem X. annis quam laudabiliter? Annum posteriorem ponit Hermannus contractus in chronico M. S. Seculi XI. his verbis: DCCXXXVI. Augia defuncto post II. annos Heba, C. Enzfredus in Augia abbas, et constantia epus, factus profuit annos X: eorum actum silentium, an aliqua scripserit. Sed consideremus verba Manlii: chronicam, inquit, Monasterij S. Blasij, quin. hae verba ad Sac. X. referenda, quousq; iugiter cella et cella alba inaudat. preoccupatum me video responsione. haud longius potita, quod posteri nomen augustius substituerint. Sed quare id non ipse Manlius, aut quisquis ille est, advertit? haeret sano animo scrupulus.

Græci primum tamen, ut verum fatear, in hac re est, quod aspensum meum retinet, quia à me obtinere nequeo, ut credam, Epum chronicam scripsisse aliquot anachoritarum in nemore Catitantium, qui vix ligneam domunculam inhabitabant, quos! quodnam huius descriptionis obiectum? qua per singulos annos facta? qua mutatio est? qua successiones? quinam eventus mirabiles? si vitas. Patrum dixisset, aliquam attentionem mereretur. Sed chronicam, quale de nullo Monasterio illius seculi habetur, credat in ea pace, quidquid volat, ego certe in tanta penuria illius aui scriptorem historicarum, nunquam accensendum existimabo Eusebium, Hieronymo, et Bedam, quorum chronica tam pretiosa. Missa igitur eiusmodi chronica, fortasse scriptor anonymus constructionis S. Blasij eandem historiam dividit, et Epus ille, quem adierunt Eremita alius non est, à S. Conrado qui et Regulam, et disciplinam, et cellam in Muriâ iustâ restauravit.

D. Patris spiritualis titulum in Prioris nomen commutarunt, Indaganti mihi aliquando data opera in Prioris nomen in ordine nostro usurpatum, non occurrit exemplum ante seculum XI. et instituta cluniacensis, certe ad seculum VIII. aut IX. ut hic fit, referendum non est. Atq; anonymus pro Praepositi aut Decani nomine id ponere debuit, quando ex prope de nomenclatura discessit, an potius ad ead seculum X. iterum rejciendum, iudicent alii, quorum interest.

C. Optime ista coherent cum traditione cella alba ad Rhenaugiam pro stabiliendo inibi servitio S. Mariae à vico Nobili Sigimaro anno 858. peracta. Et ego utroq; pede in eius sententiam, cui quod ex eruditissimo S. Hugone docet, adventum S. Tintani in insulam nostram, figendum esse ad annum 858. quam et aliis rationibus suo loco comprobavi, quin et laudo ipsius zelum, quo Rhenaugienses (plerosq; non omnes) perstringit, tandem illam epocham amplecti volentes. Quod vero donationem Sigimari hic cursim solum adducat, non laudo, ex ea enim fortè solidius originem Monij S. Blasij seu

cella alba

cella alba
Eremita
nos in adit
aliam ad
rumpo cella
sistent in
hec numero
ad annum
didici, sent
cum anno
dumodo in
datum est
alba contin
satis. At in
anno 858. q
alia iustam
Rhenaugio
ab anno 858.
annos prima
non exclusi
858. attendi
sexam, et m
dum nostram
nosper cons
omnes hoc con
Errant in h
cludere volun
potius argum
gimus tam
ut cum ante
Theonim suar
meminisset
excitavit. Si
existimaver
ad nihil utile
collegas cum
rimus S. Ran
S. D. et quide
Rhenaugio
ocellu cella
Primo rat
destructionem
andi querit.

cella alba edificare potuisset. quidquid profecto sit, an nonnulli
 Eremita locum illum aliquam diu praevidit inhabitavit, altum
 meo insedit animo, Sigimarus revera primum illius cella Fun-
 datorem esse dicendum, cuius rationem alibi indicavi. Sic
 solum addo, primum illum mihi videri Fundatorem, quod ple-
 rumque cella noviter condita, non vero multis iam annis stabilita,
 plerent indignioribus Monasteriis commendari. quod vero sub
 hoc numero adverto est, S. Stanislauum donationem Sigemari
 ad annum 888. rejicere, contra meam, quam ex nostro S. Geroldo
 didici, Sententiam, qua ea refertur ad annum 886. aut 887.
 cum annus in charta praecise non exprimitur, nihil interest,
 dummodo in anno 888. praecipisse dicatur. Mensis Aprilis, quo
 datum est Diploma Secundum Ludovici Germanici sub quo cella
 alba continetur, ratioque fuerat, cur necessario praeposenda vide-
 batur. At im merito non irri det, dum hoc ipsum diploma hinc
 anno 888. asigimus, ipsaque posteriorem 889. Statuente, inter
 alia, utinam Saperent, exclamant, ac intelligerent aliquando
 Rhenaugienses epocham Regni Ludovici desumendam esse
 ab anno 803. Recte! bene! his addendum erum 28. ita tamen, ut
 annus primus regni iam sit ille trigedimus tertius, inclusive
 non exclusive sicut vulgo dicitur, invenies profecto 888. non vero
 889. attendisset factem S. Stanislauum ad indictionem oppositam
 sextam, et non tam contemptim aberrasset. occasione Fundato-
 rum nostrorum ex gente quelfica, de quibus iustum tumulum
 nuper conscripsi, plurimas chartas huius epochae evolvi, et eas
 omnes hoc computo numeratas esse ac numerandas esse inveni.

N. XXXIII.

Errant nihilominus Rhenaugienses, dum ex laudata traditione con-
 cludere volunt, didiciplinam Rhenaugienses cella alba inrexisse, verso
 potius argumento, quod variis rationibus stabiliti. Conclusio Rhenaui-
 giensium tam naturalis erat, e contra S. Stanislai tam praepostera,
 ut cum ante octennium circiter R. S. Joan. Gualbertus in dedicatione
 Thesium suarum ad celsissimum Principem huiusmodi dicitur dicitur
 meminisset, id apud nostrates risum potius quam indignationem
 excitavit. Si ipsorum Thesium aliquid exprobrasset, me provocatum
 existimarem, nunc autem dissimulandum putari, quia contentiones
 ad nihil utiles esse scio, imo sciebam, nec eruditissimos S. Blasij
 collegas cum defendente Professore hac in parte sentire. Sed ponde-
 remus S. Stanislai rationes, quas in prolixiori Ecloga meo primo
 S. D. et quidem omnino tres asert, postquam dixisset: ulterius
 Rhenaugiensibus contraire pergo, ut refellam insuldam opinionem,
 ac si cella alba undique florens in disciplina ab eis reformata esset.

N. XXXII.

Prima ratione nihil aliud probat, quam quod Rhenaugia post
 destructionem suam, qua restorationem praecipit, reformatione
 indigerit: ergo, ait aliarum, potius esse indigebat, ut revivisceret.
 aptime!

Optime! advertere tamen volo imprimis, Monasterium nostrum non penitus sed penè destructum in Diplomatis asseri, jugiter enim Monachos perstitisse, ex chartis constat. Deinde totum opus Restorationis completum fuisse, antequam cella alba Rhenaugia donaretur, et quidem maxime per extraneos, non cella alba Eremitas, Imprimis ipsum Restauratorem wolfenium, quem in corde colo et veneror, deinde S. Tintannum, miraculis ac virtutibus iam undique clarum, anno 851, Rhenaugia Monachi habitu indutum, atque inter fratres solido quinquennio comoratum, quos non vagos non disolutos, sed disciplinatos, Regulares, et si vis, iam reformatos fuisse velex vita ipsius solidissime constat, cur enim aliud inter Fratres paucans, cur solidas vigiliarum laudes praeveniens, cur a constituta singulis fratribus annona cum licentia abbatibus abstinens memoraretur, si in Monasterio neglecto atque nullius observantia habitasset, antequam cella alba uniretur, aut fratres illius advenerunt, si tamen ulli unquam advenerunt? mitto sexcenta alia, quae facile eruere ex vita poterit, cui otium est, id solum ut notum ex Solitariarum Regula adverte, Includos in nullis Monasteriis permissos fuisse, nisi majoribus atque adeo observantia clavis: atqui S. Tintannus se se reclusit, latente S. Stanislao, antequam cella alba in partem Monasterij numeraretur. Restaurata quoque fuit Rhenaugia quoad disciplinam per gozbertum S. galli religiosissimum Monachum, quem electum fuisse et quidem iam anno 851. contra expressa verba Diplomatis Ludoviciani perperam negat S. Stanislauus, aiens, cum non electum non confirmatum sed immediate a Rege constitutum. seu impositum fuisse, cui e diametro Ludovicus: quem a Fratribus, et a se J. wolfeno, electum vocat. Restaurata est denique disciplina, si vis, ab aliis Monachis ex S. galloet Augia, Monasteriis illorum, avo, florantissimis, expetitis, quod non gratis dictum existimabit, qui in Diplomate Ludovici legit, confirmationem restorationis horum Monasteriorum abbatibus, magnis in aula viris, praesentibus et expetentibus fuisse impetratam. Adde non indignum Rhenaugia in disciplina Regulari instrui a Fratribus cella alba.

Secunda ratio S. Stanislai, et quidem praecipua, nisi fallor, deducitur ex ipsa donatione Sigemari, ubi diserte asseritur, eam fuisse ad stabilendum inibi servitium S. Mariae, inibi inquit ad Rhenaugiam pertinet non ad cellam albam, cuius potius Patronus fuerit S. Nicolaus. S. Nicolaus? Servit. antiquar. huius cultum saeculo IX. toto occidente ignotum fuisse, ergo cella alba potius nullum, quam Beatissimam Virginem Patronam habuisse.

gavantus.
Merati.
to. II. p. 1. 10.
VII. cap. II.

habuerit. a
qui in hac the
posse ad hanc
intentionem
Rhenaugia
liberalibus
subparticula
Stabilionda
cella alba
S. Stanislao
Monasterio
Fratres, ad
quomodi
ad servitium
varum cas
ginis, sed in
expresso
pro sua opin
men mutua
nasterium
no wolfeni
plinas. quid
linem const
S. Stanislai
Saltem Regula
lienda a cella
et incoluerit,
servitium S. Ma
nisi sponte ob
contribuere
deseat in ser
augeatur, ut
clusa, quae ip
Sigmari, ead
lex anno 858
qua dicitur a
Italia in pago
cum terris, p
ecit, ad stab
omnia intro
terium nost

um in

habuerit. adverti aliquando, quia cella alba locus ultimus est, qui in hac charta memoratur, particulam inibi potius referri posse ad hanc ipsam cellam, ut sensus sit, Sigomari viri Nobilis intentionem fuisse, ut cultus eiusdem gloriosae Virginis, qui Rhenaugia excollebat, in cella quoque alba propagaretur. Sed liberales sumus, de mus S. Stanislao, quod postulat, nimirum sub particula inibi intelligi Rhenaugiam. quid sequitur? Stabiliendam fuisse devotionem et cultum erga B. V. per Fratres cellae albae, et eam quidem devotionem, quam antea probante S. Stanislao Rhenaugia vigerat. Sed quomodo? cur non ex alio Monasterio specialiter servitium B. V. dedicato postulati sunt Fratres, ad eum cultum instruendum, seu promovendum? Et quomodo Servi Mariae Rhenaugienses magis idonei fuerint, ad servitium tale alibi, et in cella alba, introducendum.

Verum cardorei versatur non in cultu Beatissimae Virginis, sed in Regulari disciplina, utinam vel nomen huius exprimeretur in charta Sigomari, ut saltem umbram pro sua opinione S. Stanislao nancisci posset. Eam tamen mutuatur ex Diplomate Ludovici, ubi dicitur, Monasterium Rhenaugiense constructum fuisse à Patre et avo Wolfenii, nec non et ab ipso met, ob regulares disciplinas. quid hoc nescit? quod nam Murium nisi hunc in finem constructum est? Nihil stabilitur, verba sunt S. Stanislai, nisi quod antea inceptum erat, ergo dabit saltem Regularem disciplinam iam coepisse, antequam Stabilienda à cella alba fuerat. ceterum dicamus sine ambagibus et involueris, quod res est, donare aliquid ad Stabiliendum servitium S. Mariae, secundum sensum obrium, quem omnes, nisi spontè obtusi, intelligunt, nihil aliud est, quam aliquid contribuere eum in finem, ut qui donum accipit, magis exarscat in servitio eiusdem gloriosae virginis, ut cultus eius auceatur, ut Servi illi dicati, et multiplicentur, et huiusmodi plura, quae ipse addere potes. sanè si vel praedium donasset Sigomari, eadem praedi uti potuisset. unde quando Ludovicus Rex anno 858. Rhenaugia confirmavit in Alpego cellam, quae dicitur alba, alffam, waldkircham, seu quicquid in Italia in pago Veronense et Tortonense Wolfenus habuit, cum terris, pratis, sylvis, Servitium mancipiis etc. haec omnia fecit, ad Stabiliendum inibi servitium S. Mariae. Ergo haec omnia introduxerunt disciplinam Regularem in Monasterium nostrum?

+ Sed quid hoc ad donationem Sigomari?

Tertiam proba-

Tertiam probationem S. Stanislai, licet Sapius à me lectam
 et relectam, intelligere tamen prossiùs nequeo. unde eam de
 verbo ad verbum adseribam, ut saltem doctior me lector me
 edocere possit. Sic autem sonat: III. Non solum pro firmata et
 evolvenda Rhenaugia disciplina Benedictina Sigimarum cellam albe
 eidem tradi disse. Sed etiam unitam sibi possedisse Rhenaugiam odo
 cemur ex laudatis Diplomatis Rudolphi et Henrici, ubi ei sicut
 alia confirmatur, et in Alsigowe cella, qua dicitur alba. Morem
 siquidem ab ara viguisse, ut varia Subin cella unico subessent Abbati
 innumeris prae dicit exemplis Mabillonius to. II. anal. Bened. sequela
 exinde legitimam nasci puto Rhenaugiam Præsules simul rexisse
 cellam albam, nostrorumque veros Pastores nominandos usque ad initium
 saec. X. Hucusque S. Stanislauis, qua iterum quomodo pro inten
 tione eius faciant, non capio. Mandit utique Cella alba aliquam
 diu unita Rhenaugiae, prout teste Mabillonio minores cella
 majoribus Moniis, iungebantur, ac proinde eisdem Pastores
 habebat, iisdem Præsulibus regeratur. Sed numquid Pastores
 pascentur ab aliis? nunquid Præsules reguntur à Subditis?
 quod tamen necesse est dicere, si concludere pro S. Stanislao
 volumus. Profecto si veritatem amamus, verbo potius arguendo,
 dicere debemus, Fratres cellae albae utpote oves pastos fuisse
 à Gotherto seu potius eius Successoribus pastoribus nostris,
 rectos, instructos, edoctos à Præsulibus nostris, verbo disci
plinam Regularem à florantissima tunc Monio nostro in
cellam albam, primitus à Sigemaro fundatam, fuisse introducã.
 Homini impariali et à futuris eventibus non preoccupato
 ponderandam relinquo diversitatem inter Rhenaugiam et
 albam: illa Monasterium in omnibus diplomatis et chartis
 illius aevi jugiter nominatur; haec simplex nomen cellae
 diu adhuc retinuit. illa aedificiis justis atque Basilica in
 structa fuit; haec vix Capellam ligneam ostentat. Illa
 Diplomatis Regis, donationibus Comitum ac Principum,
 ac amplis latifundiis in pluribus pagis, qua hodie iustos Co
 mitatus constituerent, honorata fuit; haec nihil horum.
 Illa sanctissimo viro Tintano miraculis insigni claruit; i
 Reliquis de Roma, quam plurimis, in alia charta scribitur
 utique per hyperbolen innumera bilibus ditata fuit; Comites,
 Bretheros aliosque viros excellentes inter suos admisit; haec
 nihil horum

nihil horum

nihil horum authentice demonstrare potest. In Concilio generali
 Abbas confirmatus fuerat; hanc ne Priorem quidem tunc habuit.
 Illa Reliquia insignes cella alba intulit; hanc à Rhœnangia obti-
 nuit; illa Fundatorem cella alba Nobilissimum virum cum filio eius
 in Monasterium suum suscepit; hanc illotempore per hoc iniuriam
 sibi fieri conquesta non est. verò non Rhœnangia Cella, sed Cella
 Rhœnangiavincorporata fuit etc. Meditanti plures eiusmodi au-
 thytodes in mentem venire poterunt; quæ qui animò sedatò
 consideraverit, omni procul dubio naturalem consecutione
 faciet; par esse ut credamus, Non Rhœnangiam à Cella alba,
 sed vice versa hanc ab illa instructam esse, maxime, quod ad
 illud usque tempus nihil prorsus Solidum aut authenticum
 de cella alba habeatur, ut proinde nostrates haud aberraverint,
 quando simpliciter sine contentione dixerunt, credibile
 esse, Regulam S. Benedicti per Sanctum Trutanum, Regem arum,
 et Lutherum filium eius monachos nostros cella alba illatam
 fuisse.

cella alba ritus suos, quos à S. Truperti inquitinis needum 9.
sub Abbate constitutis mutasse vult Bucelinus, Rhœnangiam
 introduxit. Potius à S. Trupertinis disciplinam mutasse vult
 B. Stanislaus. quare? quod Bucelinus iam ad annum 801. chron.
 constantiensis scribit, sibi videri regulas à Trupertinis com-
 municatas fuisse S. Blasianis. alium nempe testem nec Bu-
 celinus habuit, in hac re veris monumentis destitutus, ut qui
 fortè ignoravit, tunc nec ullos S. Blasianos extitisse. magis
 suspectam rem suam facit iste author, quod in eodem numero
 dicat, eodè id est ad annum 801. Prioris titulo iam præsuisse
 aliquos, nempe antequam Benedictinam Regulam à S. Tru-
 pertinis didicissent, et quidem sub Prioris titulo ante seculum
 XI. ignoto. Eiusdem farinae est alterum testimonium, in quo
 ex eodem authore tantoperè glorietur P. Stanislaus idem nempe
 ad annum 857. ille scribit: Hercinia iuxta Paradisi Domini
 germinans germinat, in tribus maxime Coenobiis Divi Blasij,
 S. Truperti, et S. Georgij. S. Georgij in hercinia. Aliud me docet
 Bertoldus constantiensis continuator Hermannii contracti author
 Suppas ad annum 1031. apud urtidium pag. 364. ubi de S. wil-
 helmo Airdaugiensi ait: Plura Monasteria ex integro usque
 quæ construxit, duo quidem in nigra sylva, unum S. Georgij
 alterum S. Gregorij. Scilicet in Aichenbach. videtur mihi
 confusam nonnullam nunquam fuisse Bucelini memoriam, ut
 cum ad aliquem annum non occurreret, quod ad scriberet, sine
 serupulo aliud aliquando lectum apposerit. Fortasse in eodem
 Bertoldo ad annum 1080. legerat: Tria Monasteria egregiè
 pollebant

sollebant, S. Blasij, S. aurelij, et S. Salvatoris, cui quidem testi-
monio summa cum reverentia assurgo. ceterum ad predictum
annum 857. aptius donationem Sigemari opponere potuisset,
si scivisset Bucebinus.

H.

Sustineri posset eum / Godbertum primum Rhenaugiensem
abbatem / ex alba cella in eunte sac. IX. a pprime florente, si ego
anti qui oro, assumptum, licet S. gallenses ex solis coniecturis
eam libentes suam vellent, quod de floribus et antiquitate
ingeritur, in questione est, ceterum coniectura pro S. gallen-
sibus tot et tanti sunt roboris, ut vis vir prudens denegare absen-
sum vix possit. ^{hic} Casus me recensere, a me ne exigas lector, pro-
perat enim calamus: inveni es a libi. quomodo possid potest S.
Stanislaus sustinere Godbertum ex fratribus cella alba fuisse,
omni et iam coniectura destitutus, cuius ne quidem nomen sicut
nec ullius alterius fratris occurrit. Sed nunc demum adverto,
quid tortia illa probatione pro restauratione disciplinae ex
cella alba descendente S. Stanislaus voluerit. voluisset nempe
ipso libentes primum Erasmum et Pastorem Rhenaugia fuisse
ex cella alba postulatum, licet id cordate edicere non pro-
sumpserit, unde ignosco lector, si quid gravius tibi contra anti-
gonistam meum dixi.

I.

Antwastum anno 867. Recensentur Abbates Rhenaugia et
cella alba communes. Sed cum ex Diplomate Secundo Ludovici con-
stat, wolfenum iam anno 858. id munus in se suscepisse, vix
credibile est, Godbertum primum abbatem adhuc profuisse Rhe-
naugia, cum cella alba illi traderetur. Ideo Antwastus primus
illius cella Erasmum numerandus, utpote iam ante illud diploma
Monasterio nostro unita, et quidem ad annum 857. Secundus erit
sape dictus wolfenus Restaurator noster, qui usque ad annum 878.
regimen suum produxit, reliqua cum chronologia nostra con-
cordant.

K.

Nomina porro Monachorum cella alba, qui Rhenaugiam
conceperant, discimus ex Necrologio S. gallensi. vix credo ullum
Monachum ex cella alba Rhenaugiam concessisse, nisi forte iussu
abbatis mutationem loci praecipientis: quin potius quidam Rhe-
naugienses cellam albam conceperunt, possessionem loci adeptos,
disciplinam secundum Regulam S. P. Benedicti instrumentes,
S. Reliquias S. Blasij illuc transferentes etc. Multo minus verum
est, duos illorum fuisse Presbyteros, quatuordecim Monachos con-
versos, et undecim Sorores. Sorores, ac conversos in Rhenaugia
nullos novimus ante finem saeculi XI. unde frustra gloriatus ex
hoc loco S. Stanislaus, ac si exinde constaret, conversorum genus
iam saeculo IX. in cella alba viguisse, quos certum est, auto-
instituta cluniacensis atque adeo ante saeculum XI. nulli loci
corum

corum reperiendos. Sed ut evidenter appareat, quantam vim
 preoccupatio atq; nimius rerum suarum amor in hominis non
 solum animum, sed etiam in sensus externos atq; adeo oculos
 exercere possit, exemplum hic nobis prabet S. Stanislaus Wul-
 -berz, qui dixit, librum prædictum Fratrum conscriptorum
